



**Philippi Servii E Societate Iesv Amicus Fidelis Vsqve Ad  
Mortem: Sive Modvs Ivvandi Moribvndos, Ægris, Sanisqve  
Perinde Vtilis**

**Servius, Philippe**

**Leodii, 1648**

§. Decimvs-Tertivs. Litaniæ omnium Sanctorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60032](#)

**D**EUS cui propriū est misereri semper & parcere, te supplices exoramus pro anima famuli tui N. quam hodie de hoc sēculo migrare iussisti; ut non tradas eam in manus inimici, neque obliuiscaris in finem: sed iubeas eam à sanctis Angelis suscipi, & ad patriam paradisi perduci; ut quia in te sperauit, & credidit, non pœnas inferni sustineat, sed gaudia sempiterna possideat. Per Christum Dominum nostrum, &c.

## 6. DECIMVS-TERTIVS.

*Litaniæ omnium Sanctorum.*

**K**yrie eleyson. Christe eleyson.  
Kyrie eleyson.

Christe audi nos. Christe exaudi nos.  
Pater de cælis Deus, Miserere ei.  
Fili Redemptor mundi Deus, Miserere ei.

Spiritus sancte Deus, Miserere ei.  
Sancta Trinitas unus Deus, Miserere.  
Omnes sancti Angeli & Archangeli,  
Orate pro eo.

Omnes sancti Beatorum Spirituum  
Ordines, orate.  
Omnes

Omnes sancti Patriarchæ & Prophætæ,  
 Omnes sancti Apostoli & Evangelistæ,  
 Omnes sancti Discipuli Domini,  
 Omnes sancti Innocentes,  
 Omnes sancti Martyres,  
 Omnes sancti Pontifices & Confessores,  
 Omnes sancti Doctores,  
 Omnes sancti Monachi & Eremitæ,  
 Omnes SS. Sacerdotes & Leuitæ,  
 Omnes sancte Virgines & Viduæ,  
 Omnes Sancti & Sanctæ Dei,  
 Propitius esto, Parce ei Domine.  
 Propitius esto, Exaudi eum Domine.  
 Ab omni malo,  
 Ab ira tua,  
 A potestate diaboli,  
 A flamma ignis,  
 A pœnis purgatorij,  
 A regione vmbrae mortis,  
 Per nativitatem tuam,  
 Per circumcisionem tuam,  
 Per dulcissimum nomen tuum,  
 Per magnam misericordiam tuā,

Orate pro eo.

Libera eum Domine.

Per

Q 5

erisem.  
 exora.  
 i. quam  
 iussisti;  
 nimici,  
 sed iu-  
 cipi, &  
 quia in  
 enas in-  
 piterna  
 minum  
 vs.  
 um.  
 yson.  
 di nos.  
 rere ei.  
 Mise-  
 rere ei.  
 serere.  
 ngeli,  
 ituum  
 orate.  
 Omnes

250 AMICI FIDELIS  
Per multitudinem miserationum tua-  
rum, Libera.  
Per acerbissimam Passionem tuam ,  
Libera eum Domine.  
Per sanctissima vulnera tua, Libera.  
Per pretiosissimum sanguinem tuum,  
Libera eum Domine.  
Per ignominiosam mortem tuam ,  
Libera eum Domine.  
Peccatores, Te rogamus audi nos.  
**Vt** animæ famuli tui parcere &  
indulgere digneris,  
**Vt** eam à pœnis inferni eripere  
digneris,  
**Vt** desiderium ipsius adimplere  
digneris,  
**Vt** Angelorum cœtus ei splendi-  
dus occurrat,  
**Vt** ei Patriarcharum & Prophe-  
tarum cuneus subueniat,  
**Vt** eam gloriosus Apostolorum  
chorus excipiat,  
**Vt** candidatorū Martyrū trium-  
phans exercitus eam protegat,  
**Vt** eam Sanctorum Confessorum  
agmen deducat,  
**Vt** iubilantium Virginum eam  
corona

Terogamus audi nos.

corona comitetur,  
 Ut ad authorem suum , qui eum  
 de limo terræ formauit , redire  
 valeat.  
 Ut benignus ei aspectus tuus , bo-  
 ne Iesu , appareat ,  
 Ut ad dexteram in electorū con-  
 sortium eum recipias ,  
 Fili Dei ,  
 Agnus Dei qui tollis peccata mundi ,  
 Parce ei Domine .  
 Agnus Dei qui tollis peccata mundi ,  
 Exaudi eum Domine .  
 Agnus Dei qui tollis peccata mundi ,  
 Miserere ei .  
 Pater noster .  
 Et ne nos inducas in temptationem .  
 Sed libera nos à malo .  
 Domine exaudi orationem meam .  
 Et clamor meus ad te veniat .  
 Dominus vobiscum .  
 Et cum spiritu tuo .

Terogamus audi nos.

## OREMVS.

**I**nclina Domine aurem tuam ad pre-  
 ces nostras , quibus misericordiam  
 tuam supplices deprecamur , vt animā  
 famuli tui N. quam hodie de hoc sæ-  
 culo

252 AMICI FIDELIS  
culo migrare iussisti, in pacis ac lucis  
regione constituas, & Sanctorum tuo-  
rum iubeas esse consortem. Per Do-  
minum nostrum, &c.

A Bsolue, quæsumus Domine, ani-  
mam famuli tui ab omni vinculo  
delictorum, ut in Resurrectionis glo-  
ria inter Sanctos & electos tuos resuf-  
citatus respiret, Per Dominum, &c.

D E profundis clamaui ad te Do-  
mine : Domine exaudi vocem  
meam.

Fiant aures tuæ intendentes, in vo-  
cem deprecationis meæ.

Si iniquitates obseruaueris Domi-  
ne : Domine quis sustinebit ?

Quia apud te propitiatio est : &  
propter legem tuam sustinui te Do-  
mine.

Sustinuit anima mea in verbo eius :  
sperauit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad no-  
ctem, speret Israël in Domino.

Quia apud Dominum misericor-  
dia : & copiosa apud eum redemptio.

Et

Et ipse redimet Israël, ex omnibus  
iniquitatibus eius.

Vers. Requiem æternam dona ei  
Domine.

Resp. Et lux perpetua luceat ei.

Vers. A porta inferi.

Resp. Erue Domine animam eius.

Vers. Credo videre bona Domini.

Resp. In terra viuentium.

Vers. Domine exaudi orationem  
meam.

Resp. Et clamor meus ad te veniat.

Vers. Dominus vobiscum.

Resp. Et cum spiritu tuo.

#### OREMVS.

**S**uscipe Domine animam famuli tui,  
quam de ergastulo huius sæculi vo-  
care dignatus es : & libera eam de lo-  
cis pœnarum : ut quietis ac lucis æ-  
ternæ beatitudine perfruatur , & inter  
Sanctos & electos tuos in Resurre-  
ctionis gloria resuscitari mereatur.  
Per Christum.

**F**ac quæsumus Domine , hanc cum  
famulo tuo misericordiam , vt fa-  
ctorum suorum in pœnis non recipiat  
vicem , qui tuam in votis tenuit vo-  
luntatem :

254 AMICI FIDELIS

Iunctatem : ut sicut h̄ic eum vera fides  
iunxit fidelium turmis , ita illuc eum  
tua miseratio societ Angelicis choris.  
Per Christum, &c.

Vers. Requiem æternam dona ei  
Domine.

Resp. Et lux perpetua luceat ei.

Vers. Requiescat in pace.

Resp. Amen.

Anima eius , & animæ omnium fi-  
delium defunctorum per misericor-  
diam Dei requiescant in pace.  
Amen.

Finis Secundæ Partis.

